



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Protestatio Avtoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

## PROTESTATIO AVTORIS.

Cum Sanctiss. D.N. Urbanus Ppa VIII.  
die 13. Martij anno 1625. in § Congre-  
gatione S. Rom. & Vniuersitatis Inquisitionis  
Decretum ediderit, idemq; confirmauerit die  
5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros  
hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama  
celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula,  
vel relationes, seu quæcunque beneficia, tan-  
quam eorum intercessiōnibus à Deo accepta-  
continentes, sine recognitione, atque appro-  
batione Ordinarij, & quæ hactenus sine ea  
impressa sunt, nullo modo vult censeri appro-  
bata; Idem autē Sanctissimus die 5. Iulij 1631.  
ita explicauerit, ut nimirum non admittantur  
Elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ ca-  
dunt super personam, bene tamen ea, quæ ca-  
dunt supra mores, & opinionem, cum protesta-  
tione in principio, quod ijs nulla ad sit auctori-  
das ab Ecclesia Romana, sed fides tantum fit  
penes Auctorem: huic Decreto, eiusque con-  
firmationi, & declarationi obseruantia, & res-  
uerentia, qua pars est, insistendo profiteor me  
haud alio sensu quicquid in hoc libro refero,  
accipere, aut accipi ab ullo velle quam quo  
ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate,  
non autem diuina Catholicæ Romanæ Eccle-  
siæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur; ijs  
tantummodo exceptis, quos eadem Sanctæ  
Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum  
Catalogo adscripsit.

Ioannes Nadasi Soc. Iesu

